



Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Imago 20. Error abest stellâ duce.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

4. Manus digito indicat
5. Horam duodecimam.
1. Tempus vita Christi in quo
2. Christus sua miracula & doctrinam declarat
3. Semper & ubiuis.
4. Ioannis index digitus monstrat adesse
5. Ultimam mundi etatem in Messiae adventu.

AD MVNDVM.

Sapphicum.

HAgenus cursu dubio laboras ?
Siste iam tandem trepidos tumultus,
Iam datur puri radiosâ solis

Lumina cerni.

Anxiæ sorti nihil ad labores.

Scilicet magnæ puer hic perennem

Nunciat Solem, simul & salutis

Indicat horam.

En is , apricas peragrans arenas

Solis obseruat decus, ac I E S V M

Ceu iubar pernox digito salutis

Indice signat.

Ioannes digito suo indicat Messiam
qui sit viç dux & salus nauiganti
in hoc ærumnoso vitæ fallo.

Imago 20.

Error abest stellâ duce.

1. Pynis nautica cui
2. Lingula mobilis seu radius, qui

3. Cynosure

3. Cynosuram in cœlo indicat.

1. Ioannes

2. Ioannis digitus

3. Christum demonstrat.

Asclepiadænum.

Quit tentas ratibus marmor, & anxiq;
Remo sollicitas fœta periculis
Neptuni dubio regna sub Aæolo,
Incertumque secas iter;
Quo portum teneas, en, tibi nauticus
Magnes, sidereas cui digitus vias
Designat, radioque arguit indice,
Quæ dux ursa ratem regat.
Neseis cœligenis clarior ignibus
Hoc quæ lux digito promicat, erudit,
Quæ stet sollicitæ tutæ rati Pharos,
Christique auspicio salus.

N O T A.

*Vt i lingula magneti affricata directè omnino non
spectat ipsam ursam: sic & nulli ulli mortales cul-
pa obnoxij, vel ante sui partum, vel post rectam
animi aciem in Christum, uti ursam, intendunt. Ab
vero Ioannes qui nec cum peccatonatus est, nec ullum
unquam erratum in vita commisit, nusquam variante
oculo Christum potuit, ut voluit, intueri.*

**Ioannes Vox in deserto ad aquas
Christi laudes canit.**

Imago 21.

Ecce Agnus Dei.



s. Organum